DISPUTATIO MATHEMATICA, QUAM IN ALMA CHRISTIAN-ALBERTINA, JUXTA CONSTITUTIONEM...

Samuel Reyher, Eilhard Christoph Hecklaur, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

Digitized by Google

SUMME REVERENDO, GENEROSISSIMOQVE

DOMINO,

DN. BERHARDO DE CLAVSENHEIM,

SERENISSIMI DVCIS REGENTIS SLESVICI ET HOLSATIÆ CONSILIARIO STATVS, VT ET CAPITVLI HAMBVRGENSIS CANONICO SENIORI,

DOMINO AVUNCVLO SVO MAXIME DEVENERANDO

EA, QVA PAR EST, ANIMI REVERENTIA

DISSERTATIONEM HANC ACADEMICAM

DAT ET CONSECRAT

RESPONDENS

EILHARD. CHRISTOPH. HECKLAUR.

Digitized by Google

In Generoſum, Nobiliſſimum, politiorumque cultu literarum elegantiſſimum Virum Juvenem,

DN. EILHARDVM CHRISTOPHORVM HECKLAVR,

PRÆSIDE

Magnifico Academiæ Chriſtian-Albertinæ ſeptimùm Pro-Rectore,

SAMVELE REYHERO,

JC. & Anteceſſore conſummatiſſimo, Codicis & Mathematum tàm ſuperiorum quam inferiorum Profeſſore celebratiſſimo, Conſiliario Saxo-Gothano ſplendidiſſimo, Regiæque Scientiarum Societatis Boruſſico-Brandenburgicæ membro excellentiſſimo,

Publicos inter Muſarum Kilonienſium applauſus

DE PERIODO CLEMENTINA

ſolemniter diſſerentem.

FElicem! doctô quem numine Pallas ephebum
Implet, & inſignem præclara ſcientia ſurſum
Evehit, ac laudum meritis trans aſtra reponit.

Eſt etenim ſublime Sophos: Sapientia multis
Scitu difficilis nimiùm. Recitare Sophorum
Progeniem claram veterum: Chaldæa Docentes
Quos aluit: Quantô ſtellas Soliſque labores

Gen-

Digitized by Google

Gentibus Aſſyriis Hebræa ſtupore profeſſa
Natio: Quæ Phariis divas occaſio dotes
Attulit: Et Sophiæ myſteria magna Canopus
Hauferit unde ſagax, operæ penetrando profundæ eſt
Prolixusque labor. Scrutandi dogma *Crotonæ*
Rimandique vias & iter per Bactra ſuperni
Pythagoræ, celſæ eſt induſtria mentis & ardor
Improbus, ac animô proſtratô grandius auſum.

Noſcere *Rhetoricas* gnomas Acragantis, & ipſum
Empedoclem, Samii comitem Doctoris acutum:
Ex Siculis ad Grajugenas Sapientiæ abyſſum
Diſcere traductam: Qveis diſſentire *Lyceo*
Stoa queat Placitis: *Cynicis* quid diſcrepet ingens
Ille *Plato*: Quæ *Socraticæ* pulcherrima ſectæ
Juſſa fuere ſacræ: Sibi quid viridaria *Tulli*
Virgiliique velint, labiis memorare diſertis
Ac animô prudente loqui, ſatis ampla venuſtis
Ingeniis fit materies campusqve docendi.

Hoſce Sophos inter, queis culta Alemannia floret,
Gemmaque Saxoniæ ſtudiis qvos Kilia claros
Procreat, egregiô præſtans exſurgis honore,
Et doctrinarum gravium Sophiæque ſerenæ,
HECKLAVERE, capax fulges præſente *Chryſippi*
Exemplo, qui *Nicomachæa* ac *Organon* aptè
Diſſeris & divô *ſacra tranſcendentia* calles

Digitized by Google

Pectore, quem problematicam didiciſſe *Matheſin*
Et *Mirabilium* vernans acroaſibus ævum
Indulſiſſe juvat: P*eitho* ſibi vindicat acrem
Philologum, & Romana ſimul dialectus adornat.

Aula Mathematicis fœcunda, Kilonium, & omnis
Cimbria, ſuſpiciens animi contentio gnavi
Quanta ſit, ut varias probus HECKLAVERVS in artes
Fervidiore labore ruat, pernicior Euris:
Quòdque celer Pyrois non tàm velociter unquam
Signa poli binis vicibus duodena pererret,
Qualiter Argolicos noſtra HECKLAVERIA totis
Noctibus irrequieta ſophos vigilantia verſet,
Et legat attentis ſtudiis, vaſtôque Stagiram
Imprimat ingenio: Totos dum cernit Eundem
Artibus inſumſiſſe dies *Eudemia* doctum
Omnia, tantorum teſtis manifeſta laborum
Cimbria pro meritis ſudori applaudit honeſto,
Ingenuoque TVOS GENITORES ore beatos
Prædicat, Holſaticæ capita Atlantasque ſalutis.

Excelſæ mentis flos & Generoſa propago,
Virtutumque decus magnum, HECKLAVERE, diſertas
Sume preces, Tua ne ſincera modeſtia votum
Votorum aut pondus renuat: Generoſe, MATHESIN
Cimbrorum Hipparchi auſpiciis & *Præſide* magno

Soſi-

Digitized by Google

Soſigene Holſatiæ auguſtæ, Themidosque fideli
Præſule, *REYHERO*, cœli qui vertice fulcit
Aſtra, Deosque humeris rotat inclinantibus Atlas:
Præſide *REYHERO*, dicendi Juris & æqui
Dictatore ſacro, Cujus monumenta patentem
Maxima doctrinæ immenſæ fert fama per orbem.
Dictaque ſemotis non tantùm Aſtræa Sicambris;
Aſt etiam Auſonios ultra Ligerimque remotum
Jactat, & agnatis virtus ſua deſtinat aſtris:
Præſide *REYHERO*, qvi Jus perfectius omni
Jurisconſulto callet, quem Cimbria Leges
Solventem auſcultans, ſicut quoque Belgica, magno
Cui laurum Alfeno impoſuit, ſe nullibi tantum
Audiviſſe virum Divûm per numina jurant,
HECKLAVERE, tuere Tuam, Latiumque decoris
Laudibus, & quotquot populos Romana ſubegit
Natio, Pontificum ſelectos quando labores
Illuſtras, complere queas, ſplendente Docentûm
Applaudente choro, Muſisque faventibus ipſis
Holſaticis, pietate Tuâ queis gratus haberis.

Porrò Tuis ſtudiis adſpiret ab æthere celſo
Jova Tonans, & pro tenera ſiquando MATHESI
Juſtitiæ fueris ſacra caſtra ſecutus, & altô
Pectore ſi fultus Themidos myſteria tractes,
Larga ſalutiferi Te gratia flectat Olympi,
Sic noſtris CELEBRIS JVRISCONSVLTVS in oris
Holſaticæque Domûs ſic alter Hephæſtio ſurges.

HE-

Digitized by Google

HECKLAVERIADVM Generoſa propago perennet
Conſiliô ſapiente potens, Patriæque vetuſtum
Aularum ſublime decus: Plus creſcat, & ultra
Grandibus exemplis multis exſurgat, & altæ
Stet fortuna Domûs omni diuturnior ævô.
Creſcat in invidiam fati, foecunda Miniſtris
Pleſſiacis, ſeroſque penes, poſt ſecla, Nepotes
Audiat ex Meritis GENS ILLVSTRISSIMA ſummis.

Generoſiſſimo Dn. HECKLAVR, Conſiliario, Parenti εὐτέκνῳ, Nobiliſſimæ juxta Generoſiſſimaque HECKLAVERO-CLAVSENHEMIÆ Proſapiæ univerſæ hoc de elegantiſſimo Generoſi Nobiliſſimique Dn. RESPONDENTIS ſpecimine, prolixo ita affectu ex devotiſſimæ mentis cultu, in Academia Chriſtian-Albertina gratulatur

JO. AVGVSTINVS FASCHIVS,
POETA CORONATVS CÆSAREVS.

DE

Digitized by Google

DE PERIODO CLEMENTINA
cIↃ CXXCIV. ANNORUM, EX DUPLICATO CYCLO LUNÆ-SOLARI IↃXCII. FACTA.

PRudentiores Regnorum adminiſtrato- 1
res de accurata, & cœli motibus con-
veniente, temporum diſtributione ſoli-
citos fuiſſe, & perennem propterea,
ac nunquam interituram, conſecutos
eſſe famam, non tantum JULII CÆ-
SARIS, primi Romanorum Imperatoris, ſed alio-
rum etiam exemplis probari poteſt. ROMU- 2
LUS itaque, primus Romanorum Rex, quod
in exordio Reipublicæ Romanæ annum, ex de-
cem menſibus conſtantem, ordinavit, Hiſtoricis
& Chronologis, ipſius celebrandi ſolertiam, anſam
dedit. NUMA POMPILIUS, Romuli ſucceſ- 3
ſor, annum perfectiorem reddidit, & tempora
per Lunæ motum menſuravit; ulterius, ad conſer- 4
vandum Solarem annum, intercalationem menſis
embolismalis introduxit. Hæc anni forma usque ad 5
Julium Cæſarem retenta eſt, qui quadrageſimo quin-
to ante natum Chriſtum anno, commodiorem, &
motui Solis reſpondentem anni formam adinvenit;
Unde hic Cæſar, cujus triumphos vetuſtas quidem 6
abolevit, Calendarii emendatione de vetuſtate tri-
umphavit; quod Joſephus Scaliger etiam agnovit,
& propterea *Libr. 4. de Emendat. tempor. cap. 1.* ſcribit:
Tres ſane Triumphi Cæſareani, tota Gallia, Ægy- 7
ptus, Africa, Aſia, denique Pompejus ipſe devictus,
contra hanc anni ordinationem meræ nugæ ſunt;

8 Non tantum enim modus, quarto quovis anno in-
tercalandi, ab ipſo *Julianus* dicitur, ſed menſis etiam
Quintilis, à tempore Correctionis, *Julius* audire cœ-
9 pit. Periodus quoque *Juliana* à Joſepho Scaligero
inventa, ideo ſic dicta fuit, quod ad annum *Julianum*
accomodata, & quidem à Calendis *Januarii* incipi-
10 at, *libr. 5. de Emendat. tempor. p.* 361. Ut nihil di-
camus de Epocha *Juliana*, qua Chronologi, & præ-
cipuè David Origanus *in ſuis Ephemeridibus* uſus eſt,
ubi Annis *Julianis*, a *Gregorianis*, per decendium
differentibus, & quadraginta quinque annis Epocham
11 Gregorianorum præcedentibus, utitur: Ita ut Calen-
dæ Januariæ anni 1640. *Juliani*, diei tertiæ Iduum
12 Januarii Anni 1595. *Gregoriani* reſpondeant. Perio-
dus autem *Juliana*, ex Cyclo Solis XXIIX. annorum,
Cyclo-Lunæ XIX. annorum, & Indictione Roma-
na XV. annorum, multiplicando componitur, ac
13 comprehendit 7980. annos *Julianos*. Hanc pe-
riodum non Amici ſolum, ſed & hoſtes Scaligeri,
admirantur; Inter quos perpetuus ejus, & infenſiſ-
ſimus obtrectator, Dionyſius Petavius *libr.* 9 *c.* 1. *de
Doctrin. tempor.* citante Ægidio Strauchio *Breviar.*
14 *Chronolog. cap.* 5. *qv.* 2. ita ſcribit; *Profecto in tot ſcri-
ptis à Scaligero Chronologicis libris, nihil ferè eſt, quod
momentum aliquod ad rem ullam habeat, præter par-
ticulam iſtam, quâ* Julianæ *Periodi Methodum expli-*
15 *cavit: Itaque reliqua illius merito damnamus, atque ob
intolerandos errores ab omni Hiſtoriæ uſu rejicimus,
ita artificioſum hunc annorum orbem, uſumque Cyclo-*
16 *rum magni pro eo, ac debemus, facimus.* Hæc qui-
dem

dem eatenus, quatenus plerique Auctores tempora
ad menſuram Periodi *Julianæ* determinarunt, vera
ſunt, ſi verò Cyclos, ex quibus componitur laudata
periodus, conſideremus, illam lubricis ſuperſtructam
eſſe fundamentis videbimus. Nam quindecim In- 17
dictionum anni nullum in natura fundamentum ha-
bent, ſed ex mero hominum aſſumti ſunt arbitrio.
Cyclus Solis quoque vacillat, dum non XXIIX, ſed 18
XXIX, & interdum XXXIII. anno, intercularionis
genuina periodus abſolvitur. Ipſe quoque Cyclus 19
Lunæ, minus firmo ſtat talo, dum novendecim an-
nis includi reſpuit. Qua propter Cyclus hic, à Me- 20
tone inventus, varias paſſus eſt viciſſitudines. Ca- 21
lippus enim illum quadruplicavit, & ex 76. annis u-
num diem ſubtraxit; Hipparchus poſtea periodum Ca- 22
lippicam denuo quadruplicavit, & ex ſumma, nempe
304. non quatuor, ut Calippus, ſed quinque dies
amputavit: Denique Victorinus Cyclum Metonis, 23
quem Calippus per quatuor, Hipparchus vero poſtea
per 16. multiplicaverat, in Cyclum Solis, nempe 28.
duxit, ac Periodum ex 532. annis Julianis conſtan-
tem acquiſivit: Quam Dionyſius Exiguus, Abbas 24
Romanus, paululum immutavit, unde poſtea Cyclus
Dionyſianus vocari cœpit. Joſeph. Scaliger *de E-
mend.* Temp. *l.* 4. *p.* 300. Juliô Cæſare defunctô, ſacerdo- 25
tes mentem ejus minimè aſſecuti, nec poſt annum
quartum, ut ille præceperat, ſed quarto quovis an-
no, biſſextum intercalabant. Hoc vitium, anno de- 26
mum Juliano 38. deprehenſum, Cæſar Auguſtus cor-
rexit, & 12. annos ſine biſſexto tranſire juſſit. Quo 27

Digitized by Google

factо, reditum eſt ad juſtum intercalandi modum.
28 Meritò itaque Cæſar hic menſem antea *Sextilem* di-
29 ctum, ſuo nomine *Auguſtum* appellari voluit. Hos
Imperatores, de Chronologia optimè meritos, alii
quoque æmulari voluerunt Imperatores, nempe Do-
mitiauus & Commodus, quorum ille *Septembrem* de
30 ſuo nomine *Domitianum* nuncupavit. Magis ridicu-
lè etiam Commodus *Auguſtum* menſem, de ſuo no-
mine *Commodum*, Septembrem *Herculeum*, Octobrem
Invictum, Novembrem *Exſuperatorium*, & Decembrem
Amazonium vocari edixit, vid. laudat. Scalig. *de*
31 *Emendat. tempor. libr. 1. p.* 11. ALPHONSUS X. Rex
Caſtellæ & Legionis, immortali cognomento SA-
PIENTIS mactatus eſt, quod ingentibus ſumtibus
32 tabulas cæleſtium motuum inſtaurari curaverat. Hæ
Tabulæ Aſtronomicæ poſtea *Alphonſinæ* nominatæ
33 ſunt. Gregorius XIII. Pontifex Romanus maximus,
ann. 1582. per Calendarii emendationem quoq; peren-
nem adeptus eſt famam, ut ab eo tempore adhuc
34 illa intercalandi ratio audiat *Gregoriana*. Rudol-
phus II. Romanorum Imperator, circa initium ſu-
perioris ſeculi, Cæſareis ſumtibus, labores Tychonis
& Kepleri Aſtronomicos ac Chronologicos liberaliter
35 fovendo, æternam quoque laudem promeruit. Unde
Tabulæ Aſtronomicæ, à Keplero ex hypotheſibus Co-
pernici & Tychonis elaboratæ, ad imitationem *Al-
phonſinarum*, quas tamen multis paraſangis antecel-
36 lunt, merito *Rudolphinæ* appellatæ ſunt. Non minore
gloria dignus eſt Imperator LEOPOLDUS Magnus,
glorioſiſſimæ memoriæ, cujus auſpiciis Calendarium
hacte-

Digitized by Google

hactenus nimium aberrans quadantenus reſtitutum
eſt. Hos denique laudabili exemplo imitatus eſt, 37
hodiè Papali coronâ ornatus Pontifex, CLEMENS
XI. prudentia anteceſſori ſuo, Gregorio XIII. minimè
cedens, qui Calendarii curam, ſub præfectura Emi-
nentiſſimi Cardinalis Noriſii, præſtantibus nonnul-
lis viris commiſit, ac Reverendiſſimum Doctiſſimum-
que Abbatem, Franciſcum Blanchinum, ut tot ho-
minum doctorum Conſiliis à ſecretis eſſet, conſtituit.
Cauſam, quæ Pontificem maximum movit, ut de 38
emendandis Faſtis cogitaret, laudatus Dominus
Blanchinus in literis ad Illuſtrem Dominum Leibni-
tium, Romæ X. Calendarum Febr. 1703. datis, expri-
mit his verbis; *Tum obſervantes ætatis noſtræ Viri* 39
celeberrimi, ſub anni ſecularis initium, evidentius di-
gnoſci, rude adhuc & impolitum ſyſtema; cui ali- 40
quando contingit, ut triduo poſtponat diem Novilunii,
prout oſtendunt contigiſſe Anno 1689. die XVI. Sept.
ſtyl. nov. Cum Epacta vulgaris VIII. Neomeniam indi- 41
caret, quam omnes paſſim Aſtronomi, ante triduum
obſervarant in Solis Eclipſi; Quod etiam eventurum 42
docent 1708. die 17. Sept. Cum Epacta vulgaris VII.
Novilunium indicabit, poſt Eclipſin ante triduum pa-
riter obſervandam in noſtro horizonte; Hæc, inquam, 43
attendentes, & his non abſimilia in diei Paſchalis vi-
tioſa, libellos ſupplices Apoſtolicæ ſedi obtulerunt, ut 44
ea, quæ Gregorius inſtituerat, ac perfici optaverat,
cum per hominum ingenia liceret, tentare vellet per
hanc ætatem; quam liberaliter inſtruxit Dei provi- 45
dentia Mathematicis, cum Alexandrinorum veterum

Digitized by Google

46 ſchola facilè certaturis. Annuit itaque Pontifex Max. juſtæ petitioni, jubens inquiri, num omnium votis eſſet reſponſurum, ſi quid perfectioris Methodi
47 occurreret, in Epactæ præſertim diſpoſitione. Poſtquã vero, ſvaſu Illuſtris Domini Leibnitii, deſcriptio Cycli Lunæ-Solaris cum Epiſtola & aliis nonnullis ſcriptis ad Eminentiſſimum Cardinalem Dominum Noriſium An. 1701. Decembr. miſſæ eſſent, Reverendiſſimo Abbati Domino Blanchino perlegenda & examinanda ſunt
48 tradita, Qui in literis allegatis ita reſpondit, *Plurima cum voluptate expendi inventum ingenioſiſſimum, à veſtratibus publici Juris factum, ingenii laudem meretur plurimam, neque ullatenus dubitarem, huic methodo accedere, ſi annorum ſeriem communi conſenſu receptam*
49 *cuſtodiret. Perturbari enim plurimùm video civilem uſum, nec non rationes Hiſtoricas & Chronologicas; & Acta publica; ſi nova illa methodus intercalandi, modo poſt quartum, modo poſt quintum annum inducatur;*
50 *Potiſſimè cum cognoverimus, quam difficile fuerit Julianis temporibus, non modo quibusque vulgaribus de plebe, ſed etiam Sacerdotibus, à Cæſare delectis, ſtatam illam & æquabilem quadriennii regulam, licet omnino facilio-*
51 *rem Tidianâ, obſervare.* Primâ fronte quidem difficilem, & non tantum impoſſibilem eſſe illam alternantem intercalandi rationem, Angliæ etiam Advo-
52 cati autumarunt. Nec nos negare poſſumus, ſi quis Tidianum adhibere voluerit Cyclum, facile confu-
53 ſionem metuendam eſſe. Verum illam difficultatem per noſtros Cyclos minores, quorum XX. æquipollent toti, ex 592. annis Solaribus conſtanti, cyclo, tolli

ex

ex ſequentibus patebit. Non facilè etiam error vel 54
ideo metuendus, quia Cycli illi, perpetuo adhibendi,
jam typis impreſſi ſunt, ex quibus Mathematici, ſive
Calendariographi quotannis adornare poterunt Fa-
ſtos; Præſertim cum illi hactenus non obſtante variâ 55
ſtyli Gregoriani intercalatione, Feſta, tàm mobilia,
quam immobilia, ritè diſpoſuerint. Cauſam autem, 56
ob quam Sacerdotes paulo poſt mortem Julii Cæſa-
ris in modo intercalandi Juliano peccarunt, Joſephus
Scaliger *Libr.* IV. *de Emendat. tempor. cap.* 1. expri-
mit: *Si ita, uti Cæſar eam ediderat, & Edicto ſanxe-*
rat, inviolata manſiſſent, Cæſari Auguſto opus non fu-
iſſet iterum emendare. Porro Dominus Blanchinus 57
in dubium vocat noſtrum Cyclum, quia putat, illum
fundamenti loco habere anni quantitatem, obſervati-
onibus deſtitutam. *Deinde*, inquiens, *cum iidem Ma-* 58
thematici aſſumant anni modum, nullis, ut ego arbi-
tror, obſervationibus reſponſurum: Vereor, ut poſt 59
ſecundam aut tertiam periodum rationes deficiant, re-
currente quidem Lunâ cum feria, ſed ad eandem an-
ni diem Solis motu paria minimè faciente. Anni quan- 60
titatem aſſumtam optimis obſervationibus reſpon-
dere, in Cycli deſcriptione demonſtratum eſt, ubi
inter alia

Ex intervallo 56. annorum, inter obſervationes 61
Riccioli & Dom. Caſſini, eruta eſt quantitas anni pe-
riodici Solis, 365. dies 5. hor. 47. / 55$\frac{5}{7}$ //.

Ex intervallo 115. annorum Julianorum Tychonis 62
& Dominici Caſſini 365. dies 5. hor. 47 /. 23 //.

Ex

Digitized by Google

63 Ex intervallo 1567. annorum, inter obſervationes Ptolemæi & Caſſini, 365. dies 5 hor. 47′. 23″.

64 Ex intervallo 1560. inter obſervationes Ptolemæi & Dom. Caſſini, 365. dies 5. hor. 47′. 42″. 5‴.

65 Ex intervallo 1503. annorum, inter obſervationes Ptolemæi & Riccioli, 365. dies 5. hor. 48′. 3″.

66 Ex intervallo 70. annorum Julianorum inter obſervationes Wilhelmi Haſſiæ Landgravii & Riccioli, 365. dies, 5. hor. 47′. 48″. 57 $\frac{3}{7}$‴.

97 His addimus anni quantitates, diutino temporum intervallo è diverſorum artificum obſervationibus à Tychone collectas, quæ exſtant in *Progymnaſm. Libr.* I. *cap.* 1. *p.* 37. nempe

		Dies.	Hor.	′	″
68	Ab Hipparcho ad Ptolemæum	365.	5.	55.	12.
	A Ptolemæo ad Albategnium	365.	5.	46.	20.
	Ab Albategnio ad Tychonem	365.	5.	49.	29.
	A Ptolemæo ad Tychonem	365.	5.	47.	52.

66 Ratio diſcrepantiæ dubio procul inde orta eſt, quod aliquæ obſervationes minus accuratæ fuerunt. Lon-
70 gè accuratior autem eſt illa anni quantitas, quæ ex Synodicis elicitur menſibus: unde etiam in veteri teſtamento Deus ter Optimus Maximus, non per ſolum Solis, ſed ſimul per Lunæ motum tempora compu-
71 tare præcipit. Quare Rex David. *in Pſalm.* CIV. 19. hanc temporum computationem prædicat his verbis; *Fecit Lunam in ſtata tempora*; *Sol cognovit occaſum*
72 *ſuum.* Immoti autem fundamenti loco præſupponimus, (1) menſem Synodicum incipere & finiri in
73 momento, quo Luna Soli conjungitur. (2) Non facilè

cilè in obſervationibus Noviluniorum errorem ad
ſemiſſem diei vel 12. horas aſcendere poſſe. (3) Erro- 74
rem ſemiſſis diei vel 12. horarum in collectione 8000.
menſium Synodicorum vix 5. minuta ſecunda exce-
dere. Et hanc ipſam ob cauſam accuratiſſimi Aſtro- 75
nomi feliciores in determinanda Lunæ quam Solis
Theoria fuerunt, ita ut *Jsmael* Bullialdus in Aſtro-
nomia Philolaica poſt 5600. annos, *Ricciolus* &
Keplerus in *Rudolphinis* poſt 9261. annos, *Landsber-
gius* verò poſt 60000. annos vix unica hora a noſtra
menſis quantitate recedat, quemadmodum hoc proli-
xius in Cycli Lunæ-Solaris Latina deſcriptione p. 3. de-
monſtratū eſt. Cum igitur ex collectione 7322. menſium 76
Synodicorum conſequamur 592, plus minus, annos Ju-
lianos; Ex 7322. menſium reſolutione autem pro- 77
deant 216223. dies: Aſt 592. Anni Juliani 216228. dies
dent. Hinc patet 592. annos Julianos juſto majores 78
eſſe annis 592. Solaribus tropicis, 7322. menſibus æ-
qualibus, quas 5. diebus ſuperant. Ut ergo juſtam 79
anni tropici quantitatem conſequamur, dies 216223.
dividendi ſunt per 592. annos, & orietur annus tropicus
365. d. 5. h. 47. /. 50. //. & 16 $\frac{8}{37}$ ///. Si verò dicti dies per 80
7322. dividantur, prodibit menſis Synodicus, ex 29. d.
12. h. 44. /. 3 $\frac{111}{523}$ //. conſtans. Hanc anni quantitatem 81
cum Cyclo ſuperſtructo juſtam eſſe, vel inde patet,
quod non tantum feriæ, quæ tempore Concilii Nicæ-
ni fuerunt, abſolutis duobus cyclis recurrerint: Et per 82
decem dierum ejectionem Dies XXI. Martii, qui an-
no Chr. Æquinoctialis erat, ad Æquinoctium revoca-
tus ſit: Uti ex reformatione Faſtorum à Pontifice 83
Gregorii XIII. anno 1582. facta videre eſt: ſed et 84

A			b		
Horæ XXIX.			Hor. XVI. min. 37.		
Ann.	Dies	Hor.	Dies.	Hor.	Min.
1.	365.	7.	365.	3.	32.
2.	365.	14.	365.	7.	27.
3.	365.	21.	365.	11.	22.
4.	365.	28.	365.	15.	17.
5. B.	366.	6.	366.	5.	12.
6.	365.	13.	365.	7.	7.
7.	-	20.	-	11.	2.
8.	-	27.	-	14.	34.
9. B.	366.	5.	B. 366	2.	29.
10.	-	12.	-	6.	24.
11.	-	19.	-	10.	19.
12.	-	26.	-	14.	14.
13. B.	366.	4.	B. -	2	9.
14.	-	11	-	6.	4.
15.	-	18.	-	9.	36.
16.	-	25.	-	13.	31.
17. B.	366.	3.	B. -	1.	26.
18.	-	10.	-	5.	21.
19.	-	17.	-	9.	16.
20.	-	24.	-	13.	11.
21. B.	366.	2.	B. -	1.	6.
22	-	9.	-	5.	1.
23.	-	16.	-	8.	33.
24.	-	23.	-	12.	28.
25. B.	366.	1.	B. -	0.	23.
26.	365.	8.	365.	4.	18.
27.	365.	15.	365.	8.	13.
28	365.	22.	365.	12.	8.
29. B.	366.	0.	B. 366	0.	3.
30					
31					
32					
33					

B			b		
Horæ XXXIII.			XVI. min. 37		
Ann.	Dies	Hor.	Dies.	Ho.	Min.
175.	365.	8.	265.	4.	13.
176.	365.	16.	365	8.	8.
177.	365.	24.	365.	12.	3.
178.	365.	32.	365.	15.	35.
179.	366.	7.	366.	3.	30.
180.	365.	15.	365.	7.	25.
181.	-	23.	-	11.	20.
182	-	31.	-	15.	15.
183.	-	6.	-	3.	10.
184.	-	14	-	7.	5.
185.	-	22.	-	11.	0.
186.	-	30.	-	14.	32.
187.	-	5.	-	2.	27.
188.	-	13.	-	6.	22.
189.	-	21.	-	10.	17.
190.	-	29.	-	14.	12.
191.	-	4.	-	2.	7.
192.	-	12.	-	6.	2.
193.	-	20.	-	9.	34.
194.	-	28.	-	13.	29.
195.	-	3.	-	1.	24.
196.	-	11.	-	5.	19.
197.	-	19.	-	9.	14.
198	-	27.	-	13.	9.
199.	-	2.	-	1.	4.
200.	-	10.	-	4.	36.
201	-	18.	-	8.	31.
202	-	26.	-	12.	26.
203.	-	1.	-	0.	21.
204	465.	9.	365.	4.	16.
205	365.	17.	365.	8.	11.
206	365.	25.	365.	12.	6.
207	366.	0.	366.	0.	1.

C			c		
Hor.	XXIX.		XVI. min.		
Ann,	Dies	Hor.	Dies	Ho.	Min.
1. 208.	365	7	365.	3	33
2. 209		14		7	28
3. 210		21		11	23
4. 211		28		15	18
5. 212.	B. 366	6	B. 366.	3	13
6. 213	365	13		7	8
7. 214		20		11	3
8. 215		27		14	35
9. 216	B. 366	5	B.	2	30
10. 217	365	12		6	25
11. 218		19		10	20
12. 219		26		14	15
13. 220	B.	4	B.	2	10
14. 221		11		6	5
15. 222		18		10	0
16. 223		25		13	32
17. 224	B.	3	B.	1	27
18. 225		10		5	22
19. 226		17		9	17
20. 227		24		13	12
21. 228	B.	2	B	1	7
22. 229		9		4	19
23. 230		16		8	34
24. 231		23		12	29
25. 232	E.	1	B.	0	24
26. 233		8		4	19
27. 234		15		8	14
28. 235		22		12	9
29. 236	B. 366.	0	B. 366.	0	4
30.					
31.					
32.					
33.					

D			d II		
Hor. XXXIII.			Hor XVI.		
Ann.	Dies	Ho.	Dies	Ho.	M.
353.	365.	8	365.	4.	11
354.		16		8.	6
355.		24		12.	1
356.		32		25.	33
357.	B.	7		3.	28
358.		15		7.	23
359.		23		11.	18
360.		31		15.	13
361.	B.	6		3.	8
362.		14		7.	3
363.		22		10.	35
364.		30		14.	30
365.	B.	5		2.	25
366.		13		6.	20
367.		21		10.	15
368.		29		14.	10
369.	B.	4		2.	5
370.		12		6.	0
371.		20		9.	32
372.		28		13.	27
373.	B.	3		1.	2
374.		11		5.	17
375.		19		9.	12
376.		27		13.	7
377.	B.	2		1.	2
378.		10		4.	34
379		18		8.	29
380.		26		12.	24
381.	B.	1		0.	19
382.		9		4.	14
383.		17		8.	9
384.		25		12.	4
385.	B.	0		15.	36

Digitized by Google

Hor. Dies	E. Hor. XXIX. Ann.	Dies	Hor.	e Hor. XVI. Die	Hor.	M.	F. Ho. XXXIII. Ann.	Dies	H.	f. Hor. XVI. Dies	H	Min.
1.	386.	365.	7.	365.	3.	31	560.	365.	8.	365.	4.	13.
2.	387.		14.		7.	26	561.		16.		8.	7.
3.	388		21.		11.	21.	562.		24		12.	2.
4.	389		28.		15.	16.	563		32.		15.	34.
5.	390. B.		6.		3.	11.	564 B.		7.		3.	29.
6.	391.		13.		7.	6.	565		15.		7.	24.
7	392.		20.		11.	1.	566		23.		11.	19.
8.	393		27.		14.	33.	567.		31		15.	14.
9.	394. B.		5.		2.	28.	568. B.		6		3.	9.
10.	395.		12.		6.	23.	569.		14		7.	4.
11.	396.		19.		10.	18.	570.		22		10.	36.
12.	397.		26.		14.	13.	571.		30		14.	31.
13.	398. B.		4.		2.	8.	672 B.		5		2.	26.
14	399.		11.		6.	3.	563.		13		6.	21.
15.	400.		18.		9.	35.	574.		21		10.	16.
16.	401.		25.		13.	30.	575.		29		14.	11.
17.	402. B.		3.		1.	25.	576. B.		4.		2.	6.
18.	403.		10.		5.	20.	577.		12		6.	1
19.	404.		17.		9.	15.	588.		20		9.	33.
20.	405.		24.		13.	10.	579.		28		13.	28.
21.	406. B.		2.		1.	5.	580. B.		3		1.	23.
22.	407.		9.		5.	0.	581.		11		5.	18.
23.	308.		16.		8.	32.	682.		19		9.	13.
24.	409.		23.		12.	27.	585.		27		13.	8.
25.	410. B.		1.		0.	22.	584 B.		2.		1.	3.
26.	411.		8.		4.	17.	585.		10		4.	35.
27.	412.		15.		8.	12.	586.		18		8.	30.
28.	413.		22.		12.	7.	587.		26		12.	25.
29.	414. B.	366.	0.	366.	0.	2.	588. B.		1		0.	20.
30.							589.		9.		4.	15.
31.							590.		17		8.	10.
32.							591.		25		12.	5.
33.							592. B.	366.	0	B. 366.	0.	0.

iam

iam, quod Dies XXV, quo die Julius Cæſar Æquinoctium obſervavit, exactè in hoc Cyclo demonſtrari queat. Quemadmodum autem in Gregoriana in- 85
tercalatione quinque obſervandæ ſunt regulæ, nempe

(1) Ut plerumque quarto quovis anno Juliana 86
intercalatio retineatur.

(2) Ut ultimis trium ſeculorum annis interca- 87
latio omittatur, (3) ut quarti ſeculi ultimus annus iterum ſit intercalaris, (4) Ut ſuccedentium trium ſe- 88
culorum ultimi ſine intercalationibus tranſeant, (5) Ut octavi ſeculi extremus annus æque, ac quarti ſe- 89
culi, itidem intercalaris ſit, & ſic deinceps. Ita etiam 90
noſter intercalandi modus nonnullis adſtringitur regulis, quarum prima (1) in quolibet Cyclo primos quatuor annos eſſe communes, quintum vero biſſextilem.

(2) In reliquis Cyclorum annis quarto quovis 81
anno more Juliano intercalandum eſſe.

(3) Cyclum minorem, XXIX. annorum, ſexies, 92

(4) Cyclum majorem, qui ex XXXIII. annis 93
conſtat, ſemel,

(5) Cyclum minorem quinquies, 94

(6) Cyclum majorem ſemel 95

(7) Cyclum minorem, XXIX. annorum, denuo 96
ſexies,

Denique (8) majorem, XXXIII. annorum, ſemel 97
adhibendum eſſe: Quo facto Cyclus Lunæ-Solaris, 98
ex 592. annis conſtans, abſolutus eſt, & propterea novus incipiendus, qui juxta priores regulas, iterum abſolvendus erit. Ut autem ad oculum eluceſcat ad- 99

mirabilis hæc intercalatio, inventum eſt Horolo-
gium novum, quo dies non tantùm in XXIV. con-
100 ſuetas, motui Solis tamen non convenientes; ſed e-
tiam in XVI. horas longiſſimas, quarum quælibet in
XXXVII. minuta longa, motui Solis exactè reſpon-
101 dentia, dividitur. Porro quoque commodioris in-
tercalationis gratia, dies in XXIX. horas breves, &
102 XXXIII. horas breviſſimas ſecatur; Non ea inten-
tione, ac ſi dies in vita civili ita dividendus eſſet, ſed
ſolummodo, ut demonſtratio eo facilior & evidentior
evadat. Propterea duodecim columnas appoſuimus,
103 nempe A, a, B, b, C, c, D, d, E, e, F, f, quarum tres A,
C & E, indicant Cyclos minores, ex XXIX. annis
104 conſtantes; tres reliqui B, D & F denotant, Cyclos ma-
105 jores, ex XXXIII. annis compoſitos; In illis interca-
latio per Horologium, quod diem in XXIX. horas divi-
dit; in his vero intercalatio per horologium, diem in
106 XXXIII. horas ſecans, inſtituitur. Columnæ per
a, c, e, ſignatæ itidem tres Cyclos minores, aſt
107 b, d, & f, majores exhibent, quorum omnium
intercalationes, mediante novo Horologio, diem in
108 horas XVI. dividente, diriguntur. Ex quibus ap-
paret, in ſex Cyclis A, B. C. D. E. F. nihil quidem
abundare vel deficere; In reliquis verò Cyclis a, b, c,
109 d, e, f, apparere imperfectionem: cujuslibet nempe Cy-
cli minoris defectum eſſe trium minutorum longo-
rum, atque hinc in ſex Cyclis abundare octodecim
110 minuta longa. In Cyclo autem majore ſeptende-
cim minuta deficere, qui ſeptimo loco adhibitus pri-
orem octodecim annorum abundantiam compenſat,
ita

ita ut unicum ſolummodo minutum ſuperſit. Adhi- 111
bitus porro Cyclus minor quinquies, minuta 15. longa ſuppeditat, quibus ſi unicum prius abundans addatur, ſedecim fiunt. Cyclus major ſemel aſſumtus, 112
ſuis ſeptendecim minutis illa 16. fermè compenſat, relinquens tamen unicum minutum deficiens. In- 113
tercalatione porro per minores Cyclos ſexies factâ, abundant 18. minuta, ex quibus unum antea deficiens detractum 17. relinquit, quæ tandem per Cyclum majorem, qui defectu 17. minutorum laborat, exacte compenſantur.

Duodecim iſti Cycli non immediate ſibi invicem ſuccedunt, ſed quia XX. iſti Cycli in tres periodos dividere poſſumus, ex illis periodis ſemper primum & ultimum, nempe primum & ſeptimum; octavum & decimum tertium; decimum quintum & viceſimum elegimus. In ſiniſtro verſu tabularum numerantur Cyclorum minorum anni; Cyclis autem A. C. & E. præmiſſi ſunt anni totius Cycli magni ex 592. annis compoſiti, qui ſimul Cyclis a. b. c. d. e. f. quadrant. Ut autem omnium Cyclorum compenſationes elucescant, ſingulorum ſuperflua & deficientia hoc loco exhibemus. Inſuper quoque duas tabellas adjunximus, quibus horæ longiſſimæ in horas conſuetas, & minuta horarum conſuetarum, ſexagenaria ſcilicet, convertuntur.

I	3	
II	3	
III	3	
IV	3	
V	3	
VI	3	
		114
	18	
VII	17	
†	1	
IIX	3	
IX	3	
X	3	
XI	3	115
XII	3	
	16	116
XXIII	17	
..	1	
XIV	3	
XV	3	117
XVI	3	
XVII	3	
XIIX	3	118
XIX	3	
	17	
XX	17	
	o	

Cyclum

Digitized by Google

16 TABULA,

in qua Horæ longiſſimæ, quarum XVI æquantur XXIV. horis uſitatis, transmutantur in horas uſitatas. Horarum longiſſimarum minuta XXXVII. convertuntur in minuta ſexagenaria.

Horæ Longiſſimæ	Conſvetæ hor.	I.
I.	1	30
II.	3	0
III.	4	30
IV.	6	0
V.	7	30
VI.	9	0
VII.	10	30
IIX.	12	0
IX.	13	30
X.	15	0
XI.	16	30
XII.	18	0
XIII.	19	30
XIV.	21	0
XV.	22	30
XVI.	24	0

Ho. lõgiſs. Minuta	Uſitata & ordinaria. Hor.	I	II	III	(37)
1	0	2	25	56	28
2	0	4	51	53	19
3	0	7	17	50	10
4	0	9	43	47	1
5	0	12	9	43	29
6	0	14	35	40	20
7	0	17	1	37	11
8	0	19	27	34	2
9	0	21	53	30	30
10	0	24	19	27	21
11	0	27	45	24	12
12	0	29	11	21	3
13	0	31	37	17	31
14	0	34	1	14	22
15	0	36	29	11	13
16	0	38	55	8	4
17	9	41	21	4	32
18	0	43	47	1	23
19	0	46	12	58	14
20	0	48	38	54	5
21	0	51	4	51	33
22	0	53	30	48	24
23	0	55	56	45	15
24	0	58	22	42	6
25	1	0	48	28	34
26	1	3	14	35	25
27	1	5	40	32	16
28	1	8	6	29	7
29	1	10	32	25	35
30	1	12	58	22	26
31	1	15	24	19	17
32	1	17	50	16	8
33	1	20	16	12	32
34	1	22	42	9	27
35	1	25	8	6	18
36	1	27	34	3	9
37	-				

Digitized by Google

Cyclum noſtrum Lunæ-Solarem non negligen- 119
dum eſſe, haud leve argumentum eſt, quod Eruditiſſi-
mus Dn. Blanchinus ſuam periodum Clemen- 592
tinam formaverit ex illo, dum eum duplicavit, 2
quemadmodum ipſe iſtud Inſtitutum in literis 1184
antea laudatis Illuſtri Dno. Leibnitio aperuit, his
verbis: *Probabilius itaque mihi videbatur, aſſumere* 120
Cyclum duplo majorem Tiediano, conſtantem ſcilicet an-
nis 1184, *eumque Cyclum attemperare Ratione anno-*
rumCivilium Gregorianorum, à Nobis pridem, & à Vo-
bis paulo ante communi Germaniæ conſenſu recepto-
rum: Hujusmodi Cyclum, per XII. ſecula Digeſtum, in 121
Tabulas totidem expandi, meis ut Collegis proponerem.
Cogitabam annos 1184. *extendi fermè ad XII. ſolida ſe-* 122
cula Gregoriana, annis tantummodo ſexdecim deſideratis.
Secula vero XII. Gregorii reſtituunt rationes, non modo
annuæ intercalationis, ſed etiam ſecularis. Nam, ut 123
noſti, anni modum exigere quarto quoque anno diem
biſſextilem inſeri; qui etiam quarto quoque ſeculari eſt 124
inſerendus, cum per tres præcedentes ſeculares ceſſa-
verit; ita etiam vides dierum numerum in aſſumto à 125
nobis Cyclo perpetao eundem futurum, ſalvâ ſecularium
ratione, ſi duodecimum ſeculum, quod comparendum
eſſet, ut reliqua annis centum finem obtineat in 8410.
Hunc vero annum duodecimi ſeculi poſtremum biſſex- 126
tili vacare jubemus in noſtro Cyclo. Conſtabit itaque 127
Cyclus diebus 432446. *duplici ſcil. ſumma Tidia-*
ni, quem ille, ut ad me ſcribis, diebus 216223. *definie-*
bat. Conſultius, meo quidem judicio, fuiſſet, ſi 128

Clariſſ. Dn. Blanchinus periodum 592. annorum re-
tinuiſſet; utpote quæ non ſexdecim, ut Clementina,
129 ſed octo tantum annis minor eſt ſex ſeculis. Hoc modo
enim regula intercalationis Gregoriana fermè integra
retineri poſſet, ſi modo intercalatio, quæ per illam
ultimo ſeculi quarti anno fieri debet, ad ſeculi ſexti ex-
130 itum prorogaretur. Nam ſupra probatum eſt, in
annis 592. Julianis quinque abundare dies; ſi ergo
quinque ſeculis iſti quinque dies, intercalatione o-
miſsâ, compenſati eſſent, circa finem ſeculi ſexti
131 impunè intercalatio iterum fieri poſſet. Si vero
Gregoriana intercalatio, quæ quatuor ſeculis tres
tantummodo dies compenſat, ſine moderamine re-
tinebitur, quatuor his ſeculis, ab anno 1701. nu-
meratis, non niſi quinquaginta ſeptem Æquinoctia
diei XXImo Martii, juxta Concilii Nicæni regulam,
132 reſpondebunt. Nam aliàs etiam demonſtravi, mo-
do Gregorianô retentô, in hoc ſeculo non niſi novem
Æquinoctia die XXImo Martii, undecim XIXno &
133 reliqua XXmo Martii accidere. In ſeculo ſequente
decimo nono, octodecim Æquinoctia in XXImum,
quatuor tantum in XIXnum, reliqua verò omnia in
134 XXmum Martii diem incidere. Seculo viceſimo,
triginta Æquinoctia diei XXImo, reliqua omnia
135 XXmo, nulla verò XIXno Martii alligata eſſe. Vi-
geſimo primo autem ſeculo, propter intercalatio-
nem Anno Chriſti 2000. faciendam, nullum Æqui-
noctium XXImo, quinquaginta quatuor XIXno,
& reliqua quadraginta ſex XXmo Martii reſponſu-
ra

Digitized by Google

ra eſſe. Pergit eruditiſſimus Dn. Blanchinus : *Hâc* 136
duplici ſumma dierum aſſumta, ad ordinandam Perio-
dum annorum 1184. *civilium, aut ex uſu communi*
Gregoriano, radicem ejusdem figam anno Æræ Chri-
ſti vulgaris 1601. *ut Cyclus pertingat ad annum Chri-*
ſti 2784; *Quo evoluto inſequens annus, qui alias di-* 137
ceretur 2785. *Æræ Chriſti, dicetur primus ſeculi, &*
primus periodi ſecundæ, numerandæ per totidem annos
1184. *Epocham ſtatui in ipſo limine Anni* 1601. *ut ſe-* 138
cularium intercalatio jam probata, & uſu recepta ſer-
varetur, nempe ut poſſent primus, ſecundus, & ter-
tius ſecularis annus Cycli haberi communes, ut in Gre-
goriana diſpoſitione communis eſt habitus 1700. *Et* 139
communes habebuntur 1800, 1900; *Quibus deinde*
ſuccedet Biſſextilis ex ſecularibus, quartus nempe Æræ
Chriſti bis milleſimus. Dicam breviſſimè, per Cyclum 140
noſtrum nihil immutatur in Anno Civili Gregoriano,
niſi in biſſextili anni proſtremi 2784. *qui eliditur, ut*
annus reddatur communis. In fine hujus- 141
modi ſummæ dierum paria faci-
ent motus Luni-Solares, ut rectè
colligunt laudati Mathematici ve-
ſtrates, & Feriarum Apocataſtaſis
inſtaurabitur. Ex his iterum apparet Do- 142
minum Blanchinum agnoſcere accuratam Cycli no-

Digitized by Google

ſtri quantitatem, quia motus Lunæ-Solares & Feria-
143 rum Apocataſtaſis illo abſoluto inſtauratur. In ſe-
quentibus autem anni Solaris quantitatem, hactenus
receptam, eamque juſto majorem, nempe 365. dies
144 5. hor. 49. min. prim. 2. min. ſec. retinet. Nam *Pri-
mo*, inquit, *rationem anni Solaris aſſumtam, non eſſe
mutandam puto. Annos Gregorianos quarto quoque
biſſextum inſerentes (omittendum tamen in centenariis,
præterquam in quartis, quibus reſtituitur) ſatis con-
grue aſſignari Æquinoctium, modo verum, modo me-
dium, ſemper tamen alterutrum diei communi uſu no-
145 tatæ numero 21. Martii.* Non autem video quomo-
do periodus Clementina, ex duplicatione Cycli no-
ſtri facta, ac noſtræ anni quantitati, nempe 365.
dieb. hor. 47. / 50. //. 16 $\frac{8}{37}$ /// ſuperſtructa, quadra-
146 re poſſit anno aſſumto; Denique Dominus Blan-
chinus in ſua *ſolutione problematis Paſchalis* exa-
minat Paſcha anni 1707. Atque contendit, illud
147 juxta Canones Concilii Nicæni, decreta Gregorii,
& Doctorum præſtantiorum ſententiam, qui Ca-
lendarii emendationem promoverunt, die 17. April.
148 indici debere; Cum tamen Plenilunium Paſchale
accidat die 17. hora, à media nocte, tertia, minuto 13.
149 & quidem die Dominica. Ne ergo cum Judæis &
hæreticis quartadecimanis, qui, nullo reſpectu ad
diem dominicam habito, quavis hebdomadis feria
Paſcha celebrant, ſi modo Plenilunium in illam inci-
dat, Feſtum noſtrum celebremus, Paſcha ad 24. A-
150 prilis tranſponendum erit. Hinc etiam Flaminius de
Mezzavacchis, Juris Conſultus Bononienſis, in E-
phemeridibus ſuis Felſineis Paſcha ſtatuit 24. April.
Quia

Digitized by Google

Quia ex *Landsbergii*, *Kepleri*, *Bullialdi & Caſſini* ob- 151
ſervationibus comprehendit, Plenilunium Paſchale
die 16. Aprilis, hor. 14. 9./. accidere: computatione
ſcil. Aſtronomicâ, à meridie diem incipiente; quod
tempus in Computo Civili & Eccleſiaſtico die 17.
Aprilis hor. 2. 9./. ante meridiem erit. Ipſe etiam 152
ſæpe laudatus Dn. Blanchinus in epiſtola allegata a-
gnoſcit hanc Feſti translationem tantum non neceſ-
ſariam eſſe, his verbis: *Nonnunquam Plenilunium ſive* 153
oppoſitionis momentum, ut vulgo loquimur, ſeu tempus
præciſe definitum incidit poſt boras duodecim à meridie
diei Dominicæ, quando jam iniit Feria ſecunda; Atque 154
adeo quarta decima Luna aliquot boras communes ha-
bet cum eadem Dominica die; ad quam ſimul dies Lu-
næ decima quinta multo plures extendit boras ex ſuis
viginti quatuor, quibus ipſius ſpatium νυχτημέρινον *con-*
ſtituitur. Tunc vero, licet aſſumi tuto poſſet, ad Pa- 155
ſchatis Feſtum ea Dominica dies, quæ majore ſui parte
attingit XVam, quam XIV. Attamen boneſtius eſſe du- 156
cam, transferre Paſcha in Dominicam ſubſequentem,
quæ intra tertiam Lunæ bebdomadam probatur cadere.
Id enim ex priſco Eccleſiæ uſu Patres tradiderunt, ut 157
poſt XIVam completam ad XXIam diem Lunæ, Pa-
ſcha celebraretur. Poſſet quidem utralibet recte aſſu- 158
mi, ſed congruentius exiſtimo, ut poſtponatur. Quan- 159
do enim ultra metam eandem producitur media oppo-
ſitio, pars aliqua ex poſtremis decimæ quartæ Lunæ at-
tingit eandem diem Eccleſiaſticam, in parte ſaltem illa
priori, unde incipit Dominica dies nominari. Ne igi- 160
tur unquam eveniat, ut pars decimæ quartæ Lunæ in-

 ficiat

ficiat paſcha Chriſtianum, *aptius eſſe ducerem in heb-*
161 *domadem ſequentem Paſcha protrahere. Ita enim fiet,*
ut extra Lunam XXI. (*diem utique legitimam*, *antiquis*
162 *patribus Paſcha noſtrum non differatur.* Præterea
notandum, Clar. Dn. Blanchinum putare, abſolutâ
Periodo Clementina, quod anno Chr. 2784. accidet,
unius diei intercalaris omiſſione, tempora exactè re-
163 ſtitui. Verùm ſex circiter ſeculis, nempe 592. annis
Julianis, quinque dies ſuperfluos eſſe, & propterea
ſeculis quinque finitis unum diem intercalarem negli-
164 gendum eſſe, ſupra demonſtratum eſt: Duobus igitur
Cyclis abſolutis, non unum, ſed duos exſuperantes
eliminandos eſſe dies, neceſſe erit. Plura qui-
165 dem in erudito illo tractatu continentur, nempe de
Epactis vulgaribus, & de Epacta, quam Dn. *Guilliel-*
mus Bonjuor per quadriennia collectam, ac in annos
ſingulos roſolutam adinvenit: ac propterea Tetraë-
166 tericam nominavit: Item de literis dominicalibus,
quarum octo ſtatuit, ac ideo Cyclum octogram-
167 mum fingit. Ut autem hâc ratione confuſio litera-
rum dominicalium evitetur, loco literarum A. B. C.
D. E. F. G. H. ſequentes L. M. N. O. P. Q. R. S. aſſu-
168 mit. Cum vero hæ ad noſtrum Cyclum non perti-
neant, nuda tantum relatione attingere, nec de illis
aliquid addere voluimus. Nos etiam, niſi Dominus
169 Blanchinus hoc, uti ex Actis eruditorum Lipſienſi-
bus patet, ipſe deſideraſſet, aliquid notare minime
auſi fuiſſemus. Unde noſtra hæc ab ipſo pro ſua hu-
170 manitate non ſiniſtre acceptum iri ſperamus.

F I N I S.

A meri-

Digitized by Google

A meridie hor. II. in Bibliotheca Academica de Ephemeridibus agam, quarum vetuſtiſſimum, ac fortaſſis primum, exemplar MStum, ad annum Chriſti 1414. in Bibliotheca Pariſienſi exſtat, ad cujus imitationem, ex mente Gaſſendi, ſpeciem Calendarii, Johannes Regiomontanus adumbravit, in quo præter conjunctiones oppoſitionesque Luminarium, etiam Eclipſes ad annos 1475. 1498. 1515. deſignavit. *De Ephemeridibus*, ſcribit Gaſſendus in vita Regiomontani, *dicere ut pergam, Illi* 32. *anni deſierunt in anno* cIↄ Iↄ VI. *adeo proinde, ut conceperit ab anno* cIↄ CCCLXXV. *videatur Regiomontanus abſolviſſe duntaxat earum impreſſionem anno antecedente* LXXIV. *Taceri interim non debet, Regem Matthiam, cui opus dicatum, tanti id feciſſe, ut donarit ipſum Auctorem Hungaricis aureis octingentis, ac fuiſſe opus ab omnibus tanto cum applauſu exceptum, ut ſingula exempla aureis itidem Hungaricis duodecim venierint, Idque Germanis, Hungaris, Gallis, Britannis certatim coëmentibus.* Inter alia autem Ephemerides

Schoneri ad annum 1532.
Petri Pitati ab anno 1552. ad annum 1556.
Johannis Stadii ab anno 1654. ad annum 1570.
Nicolai Simi ab anno 1554. ad annum 1568.
Cypriani Leovitii, ab anno 1556. ad annum 1606.
Michaelis Mœſtlini ab anno 1577. ad annum 1590.
Johannis Antonii Magini ab anno 1581. ad annum 1620.

Da-

Davidis Origani ab Anno 1595. ad annum 1654.
Laurentii Eichſtadii ab anno 1636. ad annum 1665.
Johannis Heckeri, ab Anno 1666. ad annum 1680.
Andreæ Argoli ab anno 1631. ad annum 1700.
Gothofredi Kirchii ab anno 1681. ad annum 1692.
Societatis Regiæ Berolinenſis, Auctore Johanne Henrico Hoffmanno ab anno 1701. ad annum 1706.
Gabrielis Philippi de la Hire ad annos 1701. & 1702.
Ulrici Junii, ab anno 1701. ad annum 1703.
Felſineas Flaminii de Mezzavacchis, ab anno 1685. ad 1711. Hic Flaminius etiam Ephemerides ab anno 1675. ad annum 1683. nec non ab anno 1701. ad annum 1720. edidit.

Præterea producam Hiſtoriam Cœleſtem, quæ complectitur obſervationes Tychonis, nec non Babylonicas & Græcas, Auguſtæ Vindelicorum 1666. in folio editas.

Digitized by Google